Sit omnibus Notum Quod Ego Marchus turelli Civis Barchinone filius venerabilium
Bernardi turelli quondam civis dicte civitatis et domine Marie quondam eius uxoris heres
universalis dicte domine matris mee cum beneficio inventarii prout constat ex testamento
eiusdem domine matris mee quod fecit et ordinavit in posse discreti Raymundi de
Forest auctoritate Regia notarii publici Barchinone Tercia die mensis Octobris anno a nativitate
domini Millesimo Quadringentesimo Sexto. Confiteor et recognosco vobis
Cristoforo pujalt de villa Granullariorum Clavario anno presenti dicte
ville quod dedistis et solvistis michi Viginti quinque libras monete Barchinone de
tro que michi vel heredi predicto solvi debuissent Septadecima die mensis Marcii
proxime lapsi ratione censualis mortui consimilis precii quantitatis quod universi-
tas et singulares dicte ville michi vel heredi predicto faciunt et prestant et facere
et prestare tenentur quolibet anno perpetuo in dicto termino sive die. Et ideo renun-
ciando exceptioni precii non numerati et non soluti et doli. In testimonium cuius
presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Barchinone Nonadecima
nona die mensis mensis Aprilis anno a nativitate domini Millesimo Quadringen-
tesimo Duodecimo. Signum Marchi turelli predicti Qui hec laudo et
firmo.

Testes huius rei sunt Laurencius de casanova Johannes ranyer et
Anthonius de mura scriptores Barchinone

Sig+num Bernardi Natalis notarii publici Barchinone Qui hec scribi fecit et
clausit.

Marc Turell, ciutadà de Barcelona i fill dels difunts Maria i Bernat Turell, reconeix haver [...], 19/4/1412, p. 1
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers